

nem suam in cibum. quia sitibundus dimisit nobis sanguinem suum in potum. Quia vero fuit infirmus dimisit nobis vtrumque in remedium. de quo remedio cantat ecclesia in oratione. Sit absolutio scelerum sit fortitudo fragilium. sit praemundi pericula firmamentum. Est enim in remedium praeter peccata praeterita. adeo dicit Sit absolutio scelerum. contra peccata praesentia. adeo subdit. Sit fortitudo fragilium. contra peccata futura. id subdit Sit praemundi pericula firmamentum etc.

De sancta Maria magdalena.

Sermo primus.

Ego sto ad ostium et pulso. Apo. in. Dominus in praesenti vita noluit habere hospitium temporale. unde in aliena domo fuit natus et in aliena domo conversatus et inspiratus in alieno sepulchro sepultus. Voluit tamen habere domum spiritalem que est cor nostrum quam tamen desiderat ut etiam ostium eam querat dicens. Ego sto ad ostium et pulso etc. In hac duplicem domum beata maria magdalena christum recepit. In domum temporalem ut ipsum corporaliter reficeret. Luc. x. Intrauit ihesus in quoddam etc. Et in domum spiritalem ut eum pasceret spiritualiter. Grego. Apud phariseum veritas pascebat foris apud mulierem peccatricem. sed penitentem pascebat intus. In praemissis ergo vobis ponuntur plures cause quare christus ostium cordis nostri sibi postulat aperiri. Prima namque sumitur ex consideratione persone stantis cum dicit Ego. quod quidem pronomen per tribus nominibus supponit. Ego scilicet ihesus christus filius dei. Homo igitur infirmus libenter aperit suo saluatori. mestus suo consolatori. ab hostibus obsessus suo liberatori. ac si dicat christus libenter debemus tibi aperire. quia tu es infirmus et ego sum ihesus. id est saluator tu es mestus et ego sum christus et consolator. tu es ab hostibus obsessus et ego sum filius dei

tuus scilicet liberator. Beata igitur maria magdalena erat infirma. mesta et obsessa. quia erat infirma libenter recipiebat iherosolymum meum dicum et saluatorem qui sanauit eam valde faciliter hoc est cum quatuor verbis dicens. Remittuntur tibi peccata tua. Ipse etiam in dauid peccatum adulterij et homicidij sanauit cum tribus syllabis cum dixit. Peccasti. Unde Augu. Quantum valent tres syllabe peccasti. sed in his tribus syllabis flamma cordis ascendit in celum. In mattheo sanauit peccatum auaricie cum quatuor alijs syllabis quas christus dixit ei. Math. ix. Sequere me. In paulo vero sanauit peccatum superbie quinque verbis quoniam dixit. Act. ix. Domine quid me vis facere. In petro autem sanauit peccatum negationis paucis lacrimis quando egressus foras fleuit amare. Secundo maria erat mesta. id est libenter recipiebat christum consolatore. Suas autem mesticiam ostendebat per lacrimas quas fundebat. Fudit enim quatuor genera lacrimarum scilicet lacrimas compunctionis ex peccatorum recordatione. Lu. vii. Lacrimis cepit rigare pedes eius etc. Compassionis in fractis sui morte. Jo. xij. Ihesus ergo ut vidit mariam plorantem etc. Doloris ex christi passione Lu. xxiij. Sequebantur ipsum mulieres etc. Amoris ex corporis christi substracti desiderata visione Jo. xi. Maria stabat ad monumentum foris plorans. Christus autem eam consolatus est. in lacrimis compunctionis peccata sua sibi remittendo. in lacrimis compassionis fratrem suum resuscitando. In lacrimis doloris post resurrectionem sibi apparendo. in lacrimis amoris suam praesentiam sibi exhibendo. Tercio erat obsessa. et ideo libenter recipiebat dei filium auxiliatorem et liberatorem. Erat quidem obsessa a demonibus sed christus eam liberauit. quando septem demonia ab ea eiecit. Erat etiam obsessa ab hostibus. quia phariseus dicit eam esse immundam. mattha dicebat eam esse ociosam

Judas dicebat ipsam prodigam. quoniam cum pretiosum inutiliter expendebat. discipuli dicebant eam esse fatuam. Unde dicitur **Luce. xxij.** quod cum magdalena et ceterae mulieres discipulis nunciassent se dominum vidisse viva sunt animae ipsos quasi deliramentum verba ista. Sed taliter obfessam Christus adjuvit et contra pharisaeum ostendens ipsam non esse immundam sed purificatam cum dixit Remittuntur ei peccata multa. et contra sororem ostendens quod melius erat eius oculi quam ipsius martha ministerium laboriosum. **o.** Martha Martha sollicita es et curas. Et tamen iuuit Christus eam contra iudam ostendens quod illa est frivola non fuit prodigalitate vicium sed fuit suae sepulture faciem Christus etiam contra discipulos iuuit ostendens quod non erat fatua sed veridica quoniam Christus sibi apparuit et apostolorum apostoli eam fecerunt. **S**ecunda pars in qua Christus ostendit cordis nostri sibi postulat aperiri summi ex consideratione finis corporis cum dicit. **S**ito parus scilicet adiuuare. **S**tare quid est pugnans. i. acere verum est quiescentis. sedere vero est regnantis. Christus vero stat in actibus. i. acere in premplatiis. sed sedet in beatis. Sic ergo stabat Christus in ea in quantum activa sibi pervia ministrabat. Iacebat in ea in quantum premplatiua ad pedes Christi sedebat. modo vero sedet et regnat in ipsa in quantum est beata. **T**ercia causa sumitur ex consideratione loci puenientis cum dicitur ad ostium. Non enim stat in vicis vel plateis. quia non diligit curiosos. nec in foro. quia non diligit negotiosos. sed ad ostium cordis. quia diligit quietos. Christus igitur stabat ad ostium cordis beate marie magdalene. quia non fuit curiosa sed domi sedere respiciunt. **Jo. ix.** Maria autem domi sedebat. Nec fuit negotiosa. quia omnia terrena deseruit et reliquit propter Christum. sed fuit quiesca. quia verba dei ad pedes Christi libenter audivit. **Q**uarta causa quare Christus ostium nostri cordis sibi postulat aperiri sumi potest ex consideratione primum tam excellentis cum sub

dicitur. Si quis aperuerit mihi intrabo ad illum et cenabo cum eo et ipse mecum. **N**on dixit gustabo nec prandebo. nec merendinabo sed dixit cenabo. Nam gustare est aliquos bolos recipere. Quidam enim voluerunt cum deo gustare facientes bolos duos de corde suo. Unum dant deo scilicet intellectum per fidem. alium dant mundo scilicet affectum per amorem. quidam etiam duos bolos faciunt de etate sua. unum bolum dant dyabolo scilicet iuventutem. alium bolum dant deo scilicet senectutem. Sunt etiam aliqui qui duos bolos faciunt de seipso et rebus suis. Unum bolum scilicet seipsum dant dyabolo. alium bolum scilicet sua dare volunt deo. Nec etiam Christus dixit prandebo. Nam post prandium aliud adhuc restat primum. Illi ergo cum Christo prandium faciunt. qui post penitentiam ad peccatum redeunt. Nec dixit merendinabo. quia hoc est beatorum ubi est plena lux cognitionis. et plenus ardor amoris. **Canticorum. i.** Indica mihi ubi pascas ubi cubes in meridie. Dixit autem cenabo quia post cenam nullum aliud restat contrarium. Cum illis igitur Christus cenat qui semper in gratia perseverant. Gustant ergo simulantes. prandent recidivantes. merendinant triumphantes. et cenant persecutantes. Beata igitur Maria magdalena ante suam conversionem cum deo gustavit. quia deo dedit se per fidem. sed dyabolo per malam operationem. post conversionem suam cum Christo prandium fecit. quia tempore passionis per infidelitatem cecidit. post resurrectionem vero cum ipso cenavit. quia semper in gratia perseveravit. **M**odo autem cum Christo in meridie comedit. quia plena est luminosa cognitio. ne ferventi amore. et dulci fructu. Et dixit. cenabo cum illo et ille mecum. i. ego ponam partes meas et ipse ponat partes suas. In hac namque cena spirituali magdalena posuit tres partes. **P**rimo posuit primum quod apparuit per tantas lacrimas quas effudit.

posuit p[ro]fessionem. peccata enim sua publice quodammodo p[ro]fessa fuit. quando inter cōiungentes lachrymas obtulit et satisfactionem. q[uod] sicut dicit Grego. cōuertit ad virtutum cumulū nūm[er]ū criminū ut totum deo seruiret in penitētia quicquid de se deum cōtempserat culpa. Christus autem alias tres p[re]s posuit scilicet peccati remissionem. cum dixit. Remittuntur ei peccata multa. gratie collationem. cū subiunxit. Quoniam dilexit multum. et eternam saluationem. cum dixit. Fides tua saluū te fecit vade in pace

Eodem die.

Sermo. ij.

Mulierem fortem quis inueniet. Prover. vlti. Tempore salomonis nulla mulier est inuenta foris. sed tēpore gratie multe inuente sunt fortes scilicet sacre virgines serui cū mūdo vincentes. Inuenta est nāq[ue] vna fornor scilicet magdalena que carnem vicit. mūdū p[re]mptit. et iuincibili amore fragaunt. Inuenta est vna fortissima scilicet virgo brā que deum d[omi]no celo ad terram traxit. Istam autem tantam fortitudinem magdalena habuit ex caritate que totaliter accēsa fuit in ea. Donū[er] autem Can. viij. quicq[ue] fortia quib[us] assimilā[ur] fortitudo caritatis cum d[icitur] Fortis est ut mors dilectio. Quia sicut inferus emulatio. lampades ei[us] lampades ignis atq[ue] flāmar[um]. aque multe non poterūt extinguere caritate[m]. nec flumina obruent illam. Primo igit[ur] caritas in magdalena fuit fortis sicut mors. que quidem mors est fortis in sepando. quia sicut mors animam a corpore diuidit. sic et caritas dei animam suam ab amore mūdi totaliter separauit. Reliquerat quidē oīa sensibilia. dimiserat omnia intellectualia et amori christi immediate se coniunxerat. Distinguit namq[ue] Dionysius tres gradus ascendendi ad diuina. Primus ē p[er] sensibilia manuductionem. et iste ē gradus incipientium. De quo d[icitur] ad Ro. j.

Inuisibilia enim dei per ea que facta sunt p[er]spiciunt[ur] etc. Istō gradu v[er]sa est magdalena in primordio sue puerionis quādo ad pedes christi stetit. Per pedes enī dei sensibilia accipiunt[ur]. iuxta illud Isa. lrv. Celum mihi sedes est. terra aut[em] scabellū pedum meorū. Secundus gradus est p[er] intellectualium op[er]ationem. et iste gradus est p[er]ficiētiū. De quo d[icitur] Prover. viij. Qui mane vigilauerint ad me inuenient me. et isto gradu maria v[er]sa est in suo p[ro]gressu quādo sensibilia dimittebat et spiritualibus et diuinis intenta erat. Lu. x. ca. Maria sedēs secus pedes d[omi]ni audiebat verbum illius. Tercius gradus est p[er] immediatam v[er]monem. et iste gradus est p[er]fecto[rum]. d[icitur] quo d[icitur] ij. Cor. iij. Nos autem reuelata facie gloriā d[omi]ni specularantes etc. Et isto gradu maria v[er]sa ē in sua p[er]fectōe quādo de ea dominus dixit Maria optimam p[ar]tem elegit que nō auferet[ur] ab ea. Habere namq[ue] primū gradum est habere p[ar]tem bonam. habere vero secundū gradum est habere p[re]m meliorem. scilicet habere tertium gradum est habere p[re]m optimā. Secūdo caritas fuit in ea fortis sicut in fenus qui est fortis i[n] retinendo. Caritas enim eius mentem deo sic fortiter colligauit q[uod] nunq[ue] ab eius amore cadere potuit. Cari namq[ue] sunt qui amicum vere diligant i[n] vita. cariores qui diligant i[n] morte. Carissimū vero inueniunt[ur] qui post mortē diligant. Maria autem dilexit christum viuētem. Luc. vj. Quoniam dilexit multum. dilexit christum morientem. Jo. rr. Stabat iuxta crucē ihesu etc. Dilexit enim mortuū. q[uod] vnguenta parauerat. et ipsum christum mortuū vngere volebat. Dilexit etiam christum sepultū. Idcirco ad christi sepulcrū stabat et flebat. q[uod] ipsum inuenire non poterat. Tercio caritas fuit in ea fortis sicut ignis qui est fortis in incendendo. Amor enim dei quadruplex incendum in ipsa fecerat scilicet p[re]sumptionem

criminitis **Luce. vii.** Remittuntur ei peccata multa. **7. Hebre. x.** Deus noster ignis consumens est. **Grego.** Incendit plene peccati rubiginem que ardet valde per amoris ignem. **Incendium cordis. Gregor.** Que enim prius frigida remanserat post modum amando fortiter ardebat. **Luce. xij.** Ignem veni mittere in terram. **7c.** Incendium sermonis. unde dixit **Johāns. ix.** Domine si sustulisti eum dicito mihi et ego illum tollā. ecce verba mirabilis fervoris quoniam mulier fragilis tantum corpus humanis posse portare putabat. Unde origenes. Omnis huius mulieris amor nullum locum excipit. sine terrore dicit. absolute permittit. ego cum tollam **Incendium operis.** quod ceteris dormientibus et quiescentibus ipsa non quiescebat. sed nocte ad monumentum veniebat. non perterrita ex tpe non indeorum persecutione. non mortis horrore. non armato custode. non pilari timore. **Quarto caritas fuit in ea fortis sicut aqua que fortis est in extinguendo.** Extinxit enim in ea carnalem amorem. quod postea castissimum exivit. **Grego.** Gustato spiritu desuper omnis caro. Amorem terrenum. quod omnia mundana pretempnit. **Criso.** Vere non habet quod amet super terram qui donum celeste in veritate gustaverit. Amorem proprium. quod xxx. annis in penitentia se afflixit. **Gala. v.** Qui autem sunt christi carnem suam crucifixerunt cum virginitate et concupiscentiis. Amorem domesticum. quod fratrem. sororem. et parentes deseruit. et in solitudine mansit. **Aug.** Amandus est generator sed preponendus est creator. **Quinto caritas dei fuit in ea fortis sicut flumen.** quod est forte in obviando. Licet enim ipsa fuerit prius casta dyaboli tamen adveniente flumine divini amoris penitus corruit et deo divina domus facta fuit. Dicit enim **aug.** de trinitate quod bona domus est pariter membris disposita. ampla et lucida. Sic et ipsa fuit pariter membris disposita pro virtutibus

tum varietatem. De quibus sic dicit **grego.** Quantum credis tantum speras. quantum credis et speras tantum diligis. quantum credis speras et diligis. tantum bene operaris. Istas enim quatuor virtutes ipsa habuit. scilicet fidem Unde dixit **christus** ad eam. fides tua salvam te fecit. Habuit spem. quod notatur cum dicit. stans retro. Spes enim facit stare sicut desperatio facit cadere. Habuit dilectionem. ideo dixit **christus.** Dimissa sunt ei peccata multa quoniam dilexit multum. Habuit bona opera. quod christo in itinere remunistrabat. Fuit bene disposita pro virtutum varietate. Lucida per conscientie puritatem et claritatem. Et ampla per caritatem. De his tribus dicit **puer. viii.** Stragulatam vestem fecit sibi. id est divitibus color. hoc quo ad virtutum varietatem. bilis. hoc quantum ad conscientie fulgorem. et purpura indumentum eius. hoc quo ad caritatem.

De eadem. Sermo. iij.

Stans retro secus pedes domini. **Luce. vii.** Dicit **sapi. xj.** per quem quis peccat per ea torquet. Et quod beata maria magdalena multipliciter deum offendit. ideo multipliciter satisfecit. **Offenderat** quidem deum oculis eos ad vanitates sepius iaciendo. ideo satisfecit de oculis lacrimas effundendo. **Est autem triplex natura lacrimarum.** quod est clara. humida. et falsa. Beata autem maria magdalena ante suam conversionem erat tenebrosa. immunda et insipida. Fuerunt igitur lacrimae eius clare. ut tenebrosam illuarent. **Crisostomus.** Sicut autem postquam vehementer erumpit. sic se remittas. sic lacrimis effusis apparet tranquillitas et perit caligo reatum. Et sicut per aquam et spiritum. sic lacrimis et confessione dignam mundamur. **Gene. i.** Spiritus domini ferebatur super aquas. id est super lacrimas. **ps.** Flavit spiritus eius et fluent aque sicut lacrimae. **Secundo lacrimae in ea fuerunt humide ut immunda abluerent.** Unde **grego.** Quia enim maculas sue turpitudinis asperxit lavam.
v. j.

do ad fontem misericordie cucurrit. Fecit namq; spūale luxurū in quo quidem pro aqua posuit lacrymaz abundantia. p ci nere posuit humilitatem profundā. vñ dñs stans retro secus rē. p igne posuit amorē feruentem. vñ dñs: *Qm dilex. et dolorē venientē.* vñ dicit *Aug.* q lacryme sunt testes doloris. *Tercio* fuerunt false vt eā insipidā sale sapientie celestis pdirēt. hoc significatū est. *iiij. Reg. ij.* vbi dicit heliseus. *Afferre mihi vas nouum et mitte in illo sal.* Ipsa em prius fuit vas vetustum vetustate culpe sed postmodū facta ē vas nouū nouitate gracie. prius fuit vas promelie sed postmodū facta ē vas honoris et glorie. In istud vas fuit missum sal. qz celestis sapientie plenitudine habuit. id deo gratum sacrificiū obtulit. *Leui. ij.* In omni sacrificio offeres sal. Scđo offende rat deum in capillis ipsos vane pponendo. ideo dñs ipsos satisfecit pedes chrisi humiliter tergendō. *Greg.* Capillos ad cōpositionē vultus exhibuerat. sed iam capillis lacrimas tergebat. Per capillos autem capitis intelliguntur cogitationes mentis. de quibz dñs *Ezech. v.* Sume em tibi gladium acutum radentem pilos rē. vsq; ibi. alligabis ea in summitate pallij tui. Sancti enim viri aliqui habent cogitationes sancti spūs igne inflāmaras. ideo dicit terciar ptem igni pburet. Aliquādo habent aliquas volatiles q̄s non possunt ex toto pburere. sed tamē debet eas circūcidere. ideo dicit *Assumes terciā partem et circūcides gladio in circuitu.* Aliquādo habēt aliquas sollicitudines tpales que tñ debent esse moderate. nec debent mētis affectū penetrare sed quodammodo a foris mentē attingere. et ideo dicit assumes in depuū numez et ligabis i summitate pallij tui. Cogitationes autē noxie sunt penitus expellende. et si forte redire saragerēt ptra eas est diuine seueritatis gladius opponendus. ideo dñs. aliam partem inuentum

disperges et gladium nudabis post eos. *Beata* igit maria magdalēa cogitādoes bonas igne spūs sancti inflāmar. volatiles circūcidebat. et temporales curas sub moderamine coercebat. noxias autē penitus expellebat. *Tercio* deū offenderat ore vana loquendo. ideo satisfecit pedes xpi cum deuotione osculando. *Greg.* Ore supba dixerat. sed pedes domini osculans hec inredeptoris sui vestigia figebat. Est autem osculum signū aliquando amoris sicut quando mater filiū vel amicus osculat amicum. Aliquando vero osculum ē signū reuerentie et deuotionis sicut quādo osculamur manus vel pedes pontificum. Aliquando est signum pacis vel reconciliationis. sicut quando illi qui ad pacem veniunt mutuo se osculant. Aliquā autē osculum est signum fallacie et pditionis. sicut legit. *ij. Reg. xx.* dñs ioab qui osculās amasan ipsum occidit. Quātū autē ad ista quatuor signa quatuor psonē ipsū osculate fuerunt scz mater sua in signum amoris. dicens illō *Genesis. xxij.* Da mihi osculum fili mi. Illi igit cur maria osculant qui dei et primi amore replent. Symeon vero osculatus est in signū deuotionis. Et illi osculant cum symeone. qui repleti sunt spūali deuotione. Magdalēna osculata est in signū reconciliationis. qz em fuerat dei inimica. id osculabatur ad innuendum qd erat deo reconciliata. Illi ergo cū beata maria magdalēa osculant. qui deo p penitentiam reconciliant. Iudas osculatus fuit in signum pditionis. Illi igit osculant cum iuda qui deum a corde suo expellunt et diabolū introducunt. *Quarto* offenderat deum in variis odoribus ideo satisfecit pedes chrisi vnguentis odoriferis vngendo. Est aut quādruplex vnguentū quo deum inunxit. scz pditionis deuotionis ppassionis et odoriferi opinionis. Vnguentū pditionis ipm inunxit qñ lacrymis pedes eius rigauit.

Species huius vnguenti sunt valde amare. que sunt phideratio peccatorum. que debent in mortaliolo memorie sue scientie recondi. pilo doloris pteri. lacrimarum abundantia impingui. et igne amoris excoqui.

Secundo inunxit ipsum vnguento deuotionis que significat per vncionem capitis. de qua vncione habet **Matth. xxvj.** De isto vnguento dicit in **ps.** Impingui sit in oleo caput meum. Caput in oleo impingui quando Christus nostra deuotione pascitur. vel quando mens nostra suam deuotione replet. Species autem istius vnguenti sunt diuina beneficia sine bernar. que siui diosc debent colligi. i. ante oculos mentis sepe reduci. et in vasculo pectoris recondi et igne sancti desiderii excoqui. et oleo letitie expingui.

Tercio Christus vnxit vnguentum passionis quod significatur per vnguentum quod vnxit pedes Iesu in bethania. de qua vncione agit **Iohan. xj.** Per pedes namque intelligunt illi qui in ecclesia sunt ultimi. i. pauperes et afflicti. Species istius vnguenti sunt ipsorum afflictiones quas debemus in corde recondere. et inde vnguentum facere in affectu miserationis vel consolationis vel passionis.

Quarto ipsum Christus inunxit vnguento odorifere optimis. Hoc significat per aromata que emit ex quibus Christum vngere voluit mortuum. Istud autem vnguentum odorifere optimis perficitur ex tribus speciebus. scilicet ex odorifera scientia. odorifera vita. et odorifera fama. Tale vnguentum delectat deum. nos mentis. et primum. Deo quidem debemus odoriferam scientiam. nobis odoriferam vitam. et primo odoriferam famam.

De odorifera scientia dicitur **Prover. xvij.** Vnguentis et variis odoribus delectatur cor. De odorifera vita et de bonis operibus dicitur **Can. iij.** Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Et de odorifera fama dicit **Ecc. vj.** Melius est nomen bonum vnguentis preciosa.

De eadem

Sermo. iij.

Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Amor dei non fuit in beata Maria magdalena oculus. sed quicquid mirifica in ea operatus est. Primo namque fecit in ea mentis purgationem. **Gregorius in ome.** Tanto amplius rubigo peccati presumitur quanto peccatoris cor magno caritatis igne crematur. Ista autem purgatio peccatorum est illud magnum debitum de quo Christus dixit. Duo debitorum erant cuidam feneratori. Nos enim debemus Christo quicquid sumus tanquam emptori. **1. Cor. vi.** Empri scilicet estis precio magno. quicquid habemus tanquam creditor. **1. Cor. iij.** Quid habes quod non accepisti. Quicquid possumus tanquam feneratori. quod ad gratiam tanquam ad sortem debemus addere bona opera ultra sortem. Unde quidam de hoc reprehenditur **Luce. xix.** Et quare non dedisti pecuniam meam ad mentam. Maria autem erat debitorum quingentorum de nariis. phariseus autem quadraginta. quia minus se peccasse credebat. Et ideo plus illa tenebatur diligere ex dimisso. ille autem ex commissio. quod maior sententia legis sibi commissa erat. Ambo autem tenebatur diligere ex immisso. quia multa bona proposita deus immittebat. **Psal.** Immittit angelus domini. Et ex commissio. **1. Cor. ij.** Quod oculus non vidit.

Secundo amor fecit in ea mentis liquefactionem. Ipsa enim fuit prius valde indurata sed postea est liquefacta. **Psal.** Liquefacta est terra. i. maria magdalena que prius erat terra. i. a demombo trita. Quatuor autem sunt que valde liquefaciunt. scilicet ignis. sicut patet in metallis. Aqua sicut patet in re arida. Auster sicut patet in aqua congelata. et vnguentum sicut patet in re aspera. Olim magdalena fuit dura ad contritionem. arida ad deuotionem. congelata ad amorem. aspera per grauem famam.

v. ij.

v. ij.

et opinionem. Sed quia erat dura habuit ignem diuini amoris qui ipsam liquefecit ad praeconem **Can. vi.** Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est quando se dixit. Remittuntur ei peccata multa. quia erat arida habuit aquam lacrimarum per quam facta est humida et secunda ad deuotionem **Isay. xliij.** Effundam aquam super sitientem. Que erat congelata habuit auxilium sancti spiritus qui ipsam liquefecit ad amorem. **Can. iij.** Surge aquilo et ueni auster etc. Que erat infamis habuit unguentum odoriferum. id est redolentiam virtutum que fecit ipsam odoriferam per bonam famam et opinionem **Jo. x.** Domus. id est ecclesia impleta est ex odore unguenti. Tercio amor dei fecit in ipsa inflammationem. sicut enim ex percussione duorum lapidum ignis excutitur. sic in corde magdalene magnus ignis generabatur. Duo lapides erant meditatio suorum peccatorum et meditatio diuinarum miserationum. **Psal.** In meditatione mea exardescit ignis. Vel duo lapides erant dulcia uerba christi que audierat et sancta eius exempla que uiderat. Vel duo lapides erant timor et amor. ex quorum agitatione excutiebatur ignem doloris quantum ad timorem et sancti desiderij ignem quantum ad amorem. Quarta amor dei fecit in ea mentis vulneratum. Fuit namque vulnerata sagitta doloris. et hoc patet per lacrimas quas effudit. quia ut patet per **Aug.** Lacrimae sunt testes doloris quibus quasi sagittis cor peccatoris vulneratur. **Psal.** Sagitte potentis acutae. Sagitta amoris. Unde dicitur de ea amoris igne succensa ardebat desiderio. Sagitta diuini sermonis. quia iuxta pedes christi stabat et uerba illius attentè audiebat. De ista sagitta dicit **Hebre. iij.** Unus est sermo dei et efficitur et penetrabilior omni gladio ancipiti etc. Sagitta timoris. **Psal.** Confige timore carnes meas. Prima sagitta ipsius magdalene cor scindebat. Secunda mentem mundo diuidebat. Tercia omne

peccatum vitare faciebat. Iuxta quod **ps.** dicit. In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. Quarta omne peccati famem effundebat. iuxta illud. **Prover. i.** Timor domini expellit peccatum. Quinta amor dei fecit in ipsa mentis alienationem de hoc ita dicit **Origenes.** loquens ad christum dicens. Ioseph posuit in monumento corpus tuum. Maria ibi pariter sepeluit spiritum suum. Spiritus enim marie magis erat in corpore tuo quam in corpore suo. Cumque requiebat corpus tuum. requirebat pariter et spiritum suum. et ut perdidit corpus tuum perdidit et spiritum suum. Quid ergo est mirum si te nesciebat. que non habebat spiritum quo scire debebat. Ideo forsitan non te cognoscit quia non erat in se sed propter te est extra se. Amor dei fecit in ea mentis inebriationem. Ebrietas namque presumit impossibilia. preternit pericula perpendit et damna. Quia igitur maria spiritu sancto ebria erat. non impossibilia presumebat dicens. Domine si sustulisti eum dicito mihi. et ego eum tollam. Non enim attendebat ponderositatem funeris nec imbecillitatem mulieris. **Iheronimus.** Amemus christum et facile uidebitur omne difficile. Ipsa etiam pericula preterniebat. **Origenes.** Ioseph non fuit ausus tollere corpus tuum nisi de nocte et nisi hoc peteret a pilato. Maria uero noctem non prestolatur. nec etiam quemquam reueretur sed audacter peruenit et ego eum tollam. O maria si corpus positum in domo principis esset sacerdotum ubi et princeps apostolorum timuit quid actura esses. Ego inquit eum tollam. Ipsa damna temporalia perpendebat. nam unguenta preciosa pedibus adhibebat modo super caput effundebat et modo totum corpus ungere volebat. **Proverbi.** duodecimo capitulo. Qui negligit damnum propter amicum iustus est.

De eadem Sermo. v.

Remitte tibi peccata tua etc. In his verbis fit mentio de tribus. scilicet de medico qui sanauit cum dicitur. remittuntur. De infirmo quem sanauit cum dicitur. tibi. De morbo quem sanauit. cum dicitur. peccata tua. **C**irca primum notandum quod iste medicus tribus modis eam sanauit. scilicet medendo. trahendo. et tangendo. Nam vidit cordis sui contritionem. ideo dedit sibi perfectam curam. Unde dixit phariseo. vides hanc mulierem. quasi diceret. non vides sicut ego. quia si eam videres non iudicares. Dicitur autem quod aliam quod dicitur linx radio suorum oculorum corpora opaca penetrat. Radius solaris terram penetrans aurum generat. Columba super aquam existens umbram accipitris perficit. et eius insidias virat. Sic christus cor beate marie magdalene suo respectu funditus penetravit. et ad eius contritionem aspexit. Ideo aliam penitentiam sibi non iniunxit. quia vidit suam contritionem perfectam. Ipse etiam suo respectu in corde eius auxilium sue gratie generauit. et aquam suarum lacrimarum perficiens demones ab ea eiecit. Unde ad ista significanda tria verba dixit. vnum. scilicet. per quod eius fidem et contritionem aspexit cum dixit. Fides tua te saluam fecit. Aliud per quod omnia demonia. id est peccata ab ea eiecit cum dixit. Remittuntur tibi peccata tua. Aliud per quod ipsi gratiam suam tribuit cum dixit. vade in pace. **S**ecundo sanauit eam trahendo. Traxit autem eam quinq; funiculis. Primo sua amabili visione. In facie namque christi splendor diuinitatis relucebat. quo ad se peccatores traheret. **I**eronimus. Certe fulgor et maiestas diuinitatis occulta qui etiam in humana facie relucebat. ex quo ad se videntes trahere poterat aspectu. **D**e ster. xv. Valde admirabilis domine es tu et facies tua plena est gratiarum. Secundo traxit eam potenti dignatione. Unde

subdit ieronimus. Si enim magnete lapide hec virtus esse dicitur ut anulos et fetucas sibi copulet. quanto magis dominus omnium creaturarum ad se trahere poterat quos volebat. **T**ercio traxit eam interna inspiratione. **G**regorius in omelia. Quid miramini fratres mariam venientem. an dominum susipientem. Susipientem dicam. an trahentem. Dicam melius trahentem et susipientem. quia nimirum ipse eam per penitentiam traxit intus qui per misericordiam suscepit foris. **Q**uarto traxit eam sua odorifera confectione. **C**anticorum primo. Trahe me post te. curremus in odore vnguentorum tuorum. **B**ernardus. Minimo propter mansuetudinem que in te predicatur currimus post te domine ihesu audientes quod non speremus pauperem humilem. peccatorem non abhorreas. non publicanum non peccatorem mulierem confitentem. **Q**uinto traxit eam sua ipsius deuota oratione quare deuotam orationem Maria magdalena per lacrimas ostendebat. **O**rationes namque sunt quidam funiculi per quos deus nos ad se trahit. Unde dicit augustinus super iohannem. Quem trahit et quem non trahit. et quare istum trahit et illum non trahit noli velle iudicare si non vis errare. Si non traheris. ora ut traharis. Et quia nemo potest ire ad deum nisi per predictos funiculos trahatur ad eum. **I**deo dicitur iohannis. x. capitulo. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. **T**ercio sanauit eam tangendo. id est se tangi permittendo. quia sicut dicitur **L**uc. vi. Virtus de illo exibat et sanabat omnes. Est autem virtus in verbis in lxxbis. et in lapidibus. Christus enim est verbum quantum ad deitatem. et lxxba quantum ad carnem. et lapis preciosus quantum ad virtutem. scilicet naturam diuinam et humanam. Non fuit ergo mirum si fuit sanata que tangebatur verbum tam

preciosum et gloriosum cuius tactus habet virtutem immutandi. **Eccles. viij. ca.** Sermo illius potestate plenus est. **herba** id est carne tam virtuosam que habet virtutem abluendi. **ps. Asperges me domine ysope et mundabor etc.** Lapidem preciosum qui habet totam virtutem viuificandi. **1. Petri. ij.** Ad quem accedentes lapidem viuum etc. **Phariseus** autem de isto tactu cristum indicabat. **Petrus** tamen. Erat phariseus lutum tangit solem sed non immutat solem. medicum tangente vulnere putredo non corrumpit. Iudicem quis tangat reus maculare non potest. Et vocat hic christum solem. medicum et iudicem. **Magdalenam** autem vocat lutum vulneratam et ream. Sol igitur tangit lutum et ipsum mutat in aurum. quando dixit. Remittuntur tibi peccata tua. Vulnerata tenet medicum et recuperat sanitatis affectum. quando audiuit. Fides tua saluam te fecit. Rea terigit iudicem et reportauit sententiam salutarem quando christus sententiam dixit. propter quod dico remittuntur ei peccata multa. **Secundo** fit mentio de infirmo. cum dicit tibi scilicet peccatrici. Quamuis ei ista peccatrix fuerit multis peccatis circumdata. tamen fuit miraculose curata. ita ut dicat deus illud **Isa. xxi.** Babylon dilecta mea dicit dominus posita est mihi in miraculum. In conspectu quidem hominum dicitur esse miraculum quando aliquid fit contra solitum cursum inferioris nature. sicut quando ceci vident. claudi ambulant et huiusmodi. In conspectu angelorum dicitur esse miraculum quando aliquid fit contra cursum superioris glorie. sicut fuit quando una mulier scilicet virgo beata celos ascendit. In conspectu dei dicitur esse miraculum quando aliquid contra solitum cursum interioris gratie fit. sicut quando paulum persecutorem virtus diuina tam subito mutauit. Vere igitur puerio magdalenae fuit miraculosa quod ibi fuit quiddam contra solitum cursum inferioris nature scilicet

quando tot lacrymas fudit quod pedes christi lauit. Et quiddam quod fuit contra solitum cursum superioris glorie. sicut quando ipsa adhuc in mortali corpore posita leuabatur in celum et angelorum gloria fruebatur. Fuit etiam quiddam contra solitum cursum interioris gratie scilicet quando ipsam tam maximam peccatricem tam subito et tam perfecte conuertit. **Rom. v.** Ubi abundauit delictum superabundauit et gratia. Tercio fit mentio de morbo et hoc tangit cum dicitur Peccata tua. Et quia ipsa peccata multa habuit ideo multipliciter satisfecit. Primum per opera pietatis et misericordie que maxime circa personam christi exhibuit. nam ipsum christum induit bisso puritatis et purpura caritatis. **Prover. vlt.** Byssus et purpura indumentum eius. Ipsum christum pauperem **Iob. xi.** Fecerunt autem ei cenam scilicet martha et maria magdalena Christum in hospitio recepit. **Lu. x.** Intrauit in quoddam castellum iherusalem etc. Ipsa christum in tribulatione positum visitauit **Iob. xix.** Strabat iuxta cruce iherusalem etc. Eius sepulture obsequium prebuit **Mat. xvi. ca.** ubi dicitur quod emerunt aromata ut venientes vnguerent iherusalem. Secundo satisfecit per opera scilicet humilitatis et penitentie. Offenderat quidem iherusalem in oculis. in capillis. in ore. et in vnguentis. Ideo in omnibus istis satisfecit scilicet de oculis lacrymas emittendo. capillis pedes tergendos. pedes christi osculando et vnguentis eos vngendo. **Greg.** Quot in se habet oblectamenta tot in se reperit holocausta. Conuertit ad virtutum cumulum numerum criminum ut totum deo in penitencia seruaret quicquid deum in culpa contempserat. Tercio satisfecit per opera liberalitatis et gratie. Dedit quidem christo munus a corde cum dicitur. Quia dilexit multum. Munus ab ore cum dicitur. osculatus pedes eius. Munus a manu. cum dicitur. Unguento vnguebat. Munus ab obsequio. cum dicitur. Et cepit rigare pedes eius etc.

De Sancto

Ista quatuor antiqui suis hospitiis exhibebant. que tamen phariseus xpo exhibere precepit. scilicet munus a corde. quod recipiebant eos ex caritate. sed istam caritatem non habuit phariseus quod pax dilexit. Unde est quod dicitur. Cui autem minus dimittit minus se diligit. Exhibebant munus ab ore scilicet osculum in signum securi hospitiis. sed istud phariseus non habuit. quod christo osculum non dedit. Unde dicit. Osculum mihi non dedisti. Ite autem et cetera. Exhibebat munus a manu. quod ungebant caput ad refrigerium. sed istud phariseus non fecit. quod caput christi novit. Et exhibebant munus ab obsequio. quod eius pedes lavabant post laborem itineris. sed istud phariseus non fecit. quod pedes christi non lavit.

De sancto Jacobo apostolo.

Sermo primus.

Occidit autem iacobum fratrem iohannis gladio et cetera. Act. xij. Non solum mors beati iacobi fuit preciosa. sed etiam vita eius fuit grata. Habuit enim multa privilegia in vita. in morte. et post mortem. Nam in vita habuit coram deo magnam gratiam. quod ad demones magnam potentiam. Fuit etiam coram christo valde gratus quod cum christo habuit. lxxij. discipulos. si voluit facere gratiam. xij. e illis. iste fuit unus de illis. xij. qui in apostolum est electus. Si voluit facere gratiam quatuor iste fuit unus de illis quatuor. sicut patet. Mar. xij. ubi petro. andree. iacobo et iohanni multa secreta revelavit. Si voluit facere gratiam tribus. iste fuit unus de tribus. quod petrum. iacobum et iohannem admittit ad suam transfigurationem et puellam resurrectionem. Si voluit facere gratiam duobus. iste fuit unus de duobus. Dabatur namque christus duo nomina one apostolis imponere voluit. scilicet petrus et filius tonitrui. sed unum imposuit symoni. aliud vero iacobo et iohanni. Si

Jacobo Maiore

voluisti facere gratiam. iste Jacobo fuit ille unus qui fuit primus inter apostolos qui pro christo passus fuit. primus etiam celos ascendit. et in die annunciationis et passionis dominice martirem sustinuit. put dicit calixtus papa. Secundo ad demones fuit multe potentis. Nam sicut in legenda habet demones valde timebant sudarium suum et baculum suum. et suum incendium et cubiculum suum. Secundo habuit privilegium in morte. scilicet translationem miraculosam. Ibi enim ostendit miraculum in omni elemento scilicet in aqua. Nam discipuli eius se mari exponentes. sine regimine tranquillum mare habuerunt. ps. In manibus tue et cetera. In acre. quod ventus secundus eis flavit qui ad portum eos deduxit. ps. Deduxit eos in portum voluntatis eorum. In terra. quod cum in terra supponum lapidem posuissent mox lapis cessavit et in sepulchro se coaptavit. In igne. quod draconem spiritum ignem discipuli qui portabant corpus per medium virtute crucis ipsum draconem sciderunt. et ipsum corpus in relictis et homines fuerunt creature pure corporales sicut lapis de quo supradictum est Creature etiam sensibiles. sicut thauri indomiti ut in eius legenda habetur. sicut pater in lupa regina que postmodum facta est agna. Intellectualis quod sicut dicit leo papa angelo duce discipuli corpus eius in galliciam deduxerunt. Tercio habuit magnum privilegium post suam mortem scilicet remunerationem gloriosam et subventionem quam nobis exhibet fructuosam. Habuit quidem gloriosam remunerationem quam mater petri dicens. Mar. xx. Dicit sed etiam hi duo filii mei. unus ad dexteram et cetera. Per sinistram premittit presens per dexteram vero vita beata figuratur. Sedent igitur hi duo apostoli ad sinistram. quod corpus corpora in presenti vita in multa gloria et honore habentur. Nam etiam corpus iohannis non invenitur. tamen in multa gloria eius se v. iij.

v. iij.